

NvK an Propst, Dekan und Konvent des Augustinerchorherrenstifts Gries (bei Bozen). Aufgrund des päpstlichen Auftrags zur Visitation und Reform ihres Klosters habe er Johannes Fuchs, Dekan zu Neustift, zum Visitator ernannt und zu ihnen gesandt. Er ermahnt sie, den Visitator ehrenvoll aufzunehmen und seinen Anweisungen Folge zu leisten.

Kopie, Perg. (gleichzeitig *Vidimus durch Andreas Schariensis, Weihbischof des NvK*): INNSBRUCK, Museum Ferdinandeum, Cod. Dip. 1323 (früher: B.T. 184) p. 234; (J. Resch, 18. Jb.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. D 11 p. 558f.

Druck und deutsche Übersetzung: Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 210-213.

Erw.: Bonelli, Notizie istorico-critiche III 2, 141; Th. Mairhofer, Das Todtenbuch oder Memoriale Benefactorum des Chorherren-Stiftes Neustift bei Brixen, in: Der Geschichtsfreund 2 (1867) 1-343, hier 30; J. Kögl, La sovranità dei vescovi di Trento e di Bressanone. Diritti derivanti al clero diocesano dalla sua soppressione, Trent 1964, 163; Hallauer, Neustift 310 (ND 2002, 200); Höfer, Neustift 19; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 106; Mieth, Franziskanerkloster in Bozen 164; P. Hungerbühler, Au-Gries um 1163/66-1807, in: F. Röbrig (Hg.), Die ehemaligen Stifte der Augustiner-Chorherren in Österreich und Südtirol (Österreichisches Chorherrenbuch. Die Klöster der Augustiner-Chorherren in der ehemaligen Österreichisch-Ungarischen Monarchie 3), Klosterneuburg 2005, 21-49, hier 26; Landi/Hungerbühler, Augustiner-Chorherrenstift Au-Gries 212; Serina, Brixen Sermons 128.

Nicolaus miseracione divina tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbiter cardinalis, episcopus Brixinensis ac commissarius et executor unicus a sede apostolica ad infrascripta specialiter deputatus, venerabilibus ac religiosis in Christo nobis dilectis preposito, decano et conventui monasterii beate Marie in Gries ordinis canonicorum regularium Tridentine diocesis salutem in domino. 5

Litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Calixti divina providentia pape tercii sanas et integras nuper nobis ex parte sue sanctitatis presentatas de visitando et reformando vos et vestrum monasterium nos recipisse noveritis, que sic incipiunt: (Folgt Nr. 4386).

Huiusmodi quoque apostolicis mandatis iuxta debitum nostrum, prout tenemur, 10 obediens cupientes ad presens autem permultis aliis arduis preoccupati negotiis visitacioni et reformacioni huiusmodi personaliter tam nequivimus interesse. Ne tamen ex ipsa preoccupacione de inobedientia pariter et negligencia notari valeamus, venerabilem in Christo nobis dilectum Johannem Fuchs, decanum Novecellensem vestri ordinis, diocesis nostre, de cuius fidei, integritate optimoque zelo ad dei cultum et 15 religionis observanciam spem firmam habemus in domino, ad vos ut pacis angelum transmittimus sibique dedimus et tenore presencium damus apostolica auctoritate, qua fungimur in mandatis visitacionis et reformacionis, huiusmodi apud vos et quemlibet vestrum viam faciendi et preparandi per caritativas informaciones et inducciones, ac ut vobis, preposito, in spiritualibus et temporalibus assistat et cooperetur usque ad 20 nostram revocationem aliaque omnia et singula circa premissa necessaria agendi et faciendi, prout nos ipse, si presentes essemus, facere possemus. Quocirca vos et quemlibet vestrum sincere in domino exhortamur et in virtute sancte obedientie dicta auctoritate districte precipiendo mandamus, quatenus prelibatum Johannem decanum, cum ad vos reverit, uti apostolicum nuncium cum omni reverencia et obedientia, 25

7 sanas: bonas Baum/Senoner. 10 Huiusmodi: Huius Baum/Senoner. 12 huiusmodi: huius Baum/Senoner.
19 informaciones – inducciones: informatos et inductos Baum/Senoner. 22 ipse: ipsi Baum/Senoner.

quibus apostolice sedi astringimini, suscipiatis ac ad premissa faciendum et exequendum libere admittatis, eidem quoque, quamdiu sic vobiscum fuerit, honeste provideatis sic agentes, ut, cum nos personaliter vos aliquando visitari contigerit, vestra devocio et obediencia apud dictam sedem et apud nos merito valeant commendari et in premissis 30 preparatam nobis viam invenire possimus.

Datum Brixine sub nostro sigillo die lune decimaquinta mensis septembris anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quinquagesimoquinto, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini Calixti divina providencia pape tertii anno primo.